

T A M H A I A
Nuptijs auspiciatissimis
 ORNATISSIMI & DO-
 CTISSIMI VIRI
 Dn. GEORGII
 SCHRAMMII Leor.
 Reipubl. Gryphibergenſis
 Notarij
 ET
 LECTISSIMÆ PUDICISSIMÆ Q.
 VIRGINIS
 URSULÆ
 Viri Ornatiſs. D. GEOR-
 GII VVEHNERI ejuſdem Rei-
 publ. civis Primarij
 FILIAE

Calend. Martij Celeb. An. 1610.
miſſa ex inclita Leucori a ſanto-
rib. & amicis.

1356
 VVITEBERGAE, Typis VVolf-
 gangi Meifneri.



*Chronodistichon, Annum, mensem,
& diem continens.*

MartIVS eXorItVr; CanIt hInC Cy-
prls, Vrlt ApoLLO
AtqVè Georglo In hÔC nVbltVr
VrsLa Viro.

Frid. S. L. S.

Ad Sponsum de ipsius Sponsa.

URSULA, Sponse, tibi sit LAURUS: namq; Minerva
Nomen litterulis transposuisse placet.
Miror ego LAURUM HANC: namq; ut natura recludit
Nulla tuas ledunt fulmina, Laure, comas.
At cur, Sponse, tuas thalami sentire calores
Cogitur, exornans teq; tuumq; torum?
Scilicet ut LAURULI nunc. associeris amore.
Vis cujus superet fulmen ab axe sonans.

G. Kr. L. S.



461906 I



HActenus ingenuas pueros, cultissime Schrammi
Formasti dum voce per artes:
Sancta subire tori renuisti pacta, nec unquam
Optatam tibi quærere Sponsam
Mens fuit: haud adsint, sit opus quæis compare dulci
Iusta ratus, quod tempora nondum.
Ast nunc sancta Themis, sacri quæ reddidit arte
Insignem te juris & æqui
Quando fori lites te vult perferre, sacratas
Et mandat componere leges.
Teq; urbis, populiq; facer quando ordo Senatus
Consult, atq; oracula poscit.
Hic labor, hoc opus est; hic curis pectora languent
Permultis, semperq; recursant
Sub placidam noctem: ergo opus, ut solatia præstet
Sponsa tibi requiemq; laborum,
Atq; domum vigili quæ dexteritate gubernet
Cum famulis, remq; ordine cunctam
Digerat: hoc tibi vis VVehneri filia præstet
Et formâ facieq; venusta:
Prima fides cui cura: Secunda modestia, candor,
Et pudor, & concordia, paxq;.
Hanc tibi consortem solam, comitemq; laborum
Esse optas, atq; eligis unam
Præ reliquis: hanc jamq; domum te ducere dicunt,
Æterno ut vivatis amore.
Vivite felices ergo ambo, vivite semper
Unanimes: & noxia læci
Dispereant: multâq; torus sit prole beatus.
Hæc animi sunt munera nostri.

Johannes Scultetus Leorinus.

A L I U D.

NON Ursa, tacita quæ lustrat claustra Diane,
 Est inter feras serior ulla feras.
 Antra colit mordax, ac atria sparsa cruore,
 At hæc nunc illuc sanguinolenta meat.
 Hanc qui venari studet audax arte dolosa,
 Is propè tam lethum, quàm propè cernit eam.
 Tunc feram, SCRAMMI, monstrosam figere tentas,
 Hæc Ursa Ursa furit pectore, dente, pede.
 At quando Cypridos visit tentoria grata,
 Mitior agnitis cordibus esse solet.
 URSULA sit fera, Venator Tu, docte, molossus:
 In thalamo tendens retia firma tuo:
 Sic capies prædam, sic felix VICTOR ovabis,
 Sic FERA, TU, felix sicq. molossus erit.
 Tandem devictâ, Gnydiæ sacra bella parato,
 Et sic proveniet URSULA multa tibi.
 Felix iccirco TIBI sit VENATIO talis,
 SILVA TIBI felix, quæ fera capta jacet
 Adsit Eros, ac absit Eris, furor, error, Erinnyis:
 Et Pily salvi vivite secla senis.
 Ludite, quò veniat vobis URSELLULA MULTA
 SCHRAMMIOLI & MULTI sint sedeantq. sinu.
 Annue tu votis Cæli Terræq; Monarcha,
 Et parili flamâ pectora bina Liga.

Honoris ergo Amico meo singulari

Gratulaturus

lubens

Apponebam VVirteb:

Fridericus Spererus Leoni-
 nus, Med. Studiosus.

ALIVD.

A L I U D.

Cur mea Musa cupis votivo applaudere versu
 Et causas memorare, istos cur Sponsus amores
 Incipiat? cur Sponsa sibi sociare jugali
 Lege velit Sponsum populi applaudente coronâ?
 Scilicet ut constet fieri connubia fato.
 Germina namq; vides aliena ex arbore quanto
 Conatu possis viridanti includere ligno,
 Addiderit ~~in~~ rore suum Deus incrementum: *¶*
 Sic animos ni fata regant, connubia oportet
 In pejus ruere & retro sub lapsa referri.
 Quem memorem te, Sponse? ô terq; quaterq; beatû
 Conjugium! tibi namq; venit duce numine sacro
 Nympha puellaris non infima gloria cætus.

Est aliquid, te teste loquor, regio una puellis
 Pluribus exuberat, Nymphas Leoberga ministrat
 Prospiciente DEO thalamum tamen ista subintrat
 Nam DEUS in nobis operatur: numine
 jungit

Quos vult unanimes sociam decurrere
 vitam.

Felix ô nimium felix qui munere tanto
 Ornaris, cuiq; Altitoni stant numine tædæ.
 Ex hoc plura tibi fluxerunt munera, Sponse:
 Hoc duce sumfisti desert quæ munera Phæbus:
 Hoc duce Parnassi potuisti ascendere collem:
 Hoc duce florentis tibi tradita cura juventæ,
 Bobriadum in campo Permessi ut fonte rigares.
 Nunc ubi Sancta Themis tibi docta volumina juris
 Perscrutanda dedit, legesq; & fœdera nosse
 Munera muneribus cumulat Regnator Olympi.

Namq; tibi sincera fori commisit habenda
Pulpita, ut inde feras legum decreta bonarum
Hisq; addit, thalamo ut facie præstante puella
Sidere jungatur felici & fædere firmo:

- „ Quis nunc Ergo neget socij quod fæderis autor
„ Non hominum societ concordi pectora nexu?
„ Nec Musæ faciant victurum nomen ubiq;
„ Justa laborifero cum reddunt præmia alumno?
Annuat ergo Deus tædis: Themis annuat orsis:
Musarumq; sacer, qui fundat júbila, cætus
Annuat: his etiam votivi carminis aura
Non mea Musa absit: castis verum illa Hymenæis
Carmine gratetur, quo sint rata vota precanti
Sint procul à vobis thalami mōstra, horrida mōstra;
Trux Asmodæus lecti deterrima pestis:
Quæq; torum lædit procul hinc pellatur Alecto:
Pharmaca dispereant thalamo nocitura jugali:
Vinea vestra ferat dulcissima pignora lecti,
Nestoreos vitam quæ sint ductura per annos.
Quicquid abesse decet, procul absit: quicquid
adesse
Efficiat summus vobis Jova ut absit & adsit.

*Georgius Krischkius. L. S. fausti ominis
& VVittebergâ acclamabat.*

A L I U D.

Dicitur, & verè, gurgēs pelagusq; malorum
Vita hominum, multis cum sit onusta malis:
Hinc Deus hos jussit, querant sibi mite levamen
Quo sine nec possent continuare genus.
Jam querunt igitur, sed quàm ratione modog;
Diverso, proprium quisq; secutus iter!

Corporis

Corporis hic formam tantum, faciemq; venustam,
Fulgentes oculos, respicit atq; genas,
Talem quando videt, prorumpit, percitus astro;
Hanc volo, non aliam, hac, hac mihi sola placet.
Auris sacra fames alios impellit, vt optent,
Qua modo Junonis munere clara siet.
O mentes hominum cacas, ô pectora caca!
Quàm citò divitia, quàm citò forma perit!
Virtus perdurat, stabilis manet vnica virtus;
Felix, hac si cui prædita virgo datur.
Vir præclare sapis, jungens tibi amore maritam,
Quam decorat Pietas, lausq; Pudicitia.
Gratulor ergo tibi meritò, nunc Ursula dulces
Cujus in amplexus VVebneriana venit.
JOVA juvet multos vivatis faustiter annos;
Sponsa vt sis sponso dulce levamen, Amen.

Augustinus Scultetus Leori-
nus Silesius.




1 tabl. (first)

19 12 2008

W.S.

Augustine's Catechism
1848





Biblioteka Śląska

461906

I

Starodruki